



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Catena Temporum

Andrian, Carl

Herbipoli, 1698

Series II. Præcipuæ in Romani Pontificis historia controvers.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65485)

Sancti Doctores Ecclesie 2

Sancti Confessores 40

Beatus 1.

Boni & Laudabiles 151

Mediocris fama 7.

Illaudabiles 11

Qui sine laude & cum aliquo scandalo velut infauisti cometa praeferunt Ecclesie tali signo notantur*. Quorum verò fama mediocris, & parum cum laude, parum cum infamia Pontificatum gesserunt minori* stellâ significantur

Inter hos Pontifices ex Palastina, sive Iudaea fuerunt 3, ex Syria 6, ex Africa tres, ex Imperio Romano 12, ex Hispania & Portugallia 4, ex Francia 10, ex Dalmatia & Thracia 3, ex Gracia 12, ex Anglia 1, ex Sicilia 3, ex Sardinia 2, ex Gaudia sive Creta 1, ex Dominicis diversis Italia 78, ex urbe Roma 104.

SERIES SECUNDA

Praecipua in Romanorum

Pontificum historia controversa.

M

SACHS

☞ Ⓞ *Sæculum I. à 1 ad 100.* Ⓞ ☞

EX Patrum & historicorum fide, ex vetustissimis monumentis tam certum est Petrum fuisse Romæ, ibidemque ab eo locatam primatûs Pontificij sedem, ut id sanæ mentis inficiari nemo possit. *Videatur Nicol: Maria: Pallavicinus in egregia defensione Romani Pontif l. 3. c. 6.*

Multi de inito ac deposito à S. Clemente Pontificatu, eiusdemque mortis tempore sunt apud historicos controversi. *Papenbroch in conatu Chronolog: & appendice.*

☞ Ⓞ *Sæcul. II. à 100. ad 200* Ⓞ ☞

Quamvis Anacletum à Cleto distinguendum omnino persuadeant plures Romanorum Pontificum catalogi, Missæ, Canon: & cum Card: Baronio eruditissimi viri, supersunt tamen, qui eundem cum Anacleto Cleto esse velint. *Videatur Papenbroch: loco citato.*

Quinam sit inter Pium & Anicetum temporis ordine præferendus apud præbatissimos scriptores nondum planè liquet. *Papenbroch: ibidem.*

☞ Ⓞ *Sæcul. III. à 200. ad 300.* Ⓞ ☞

Cyriacus Pontifex Ursulanus inter Pontianum, & Anicetum nullus est. *Papenbroch loco citato.*

Stepha-

Stephanus I. baptismum in Christi unius nomine collatum validum legitimumque esse, nec decrevit, nec potuit decernere.

Post rem totam solertiùs investigatam, non pauci ex peritis antiquitatis in dubium revocant, quæ de S. Marcellini lapsu, & Sinuessano concilio tradita sunt.

☉ ☉ *Sæcul. IV. à 300. ad 400.* ☉ ☉

Mirum est ab Eusebio, ejus ævi scriptore, Marcellum à Marcellino non fuisse distinctum.

Acta S. Sylvestri Baronio suspecta, supposititia pluribus alijs habentur, quare cautè legenda sunt.

Si quis fuit error Liberij in causa Athanasij, quisquis fuit, non officit ei, quo ex promisso Christi pollent in rebus fidei assensendis, nunquam fallaci magisterio Rom. Pontifices. *Pellavi: Lib: 6. c. 8.*

S. Felix II. quamvis primò Liberij exulis loco intrusus, eo labente legitimus Pontifex est habitus.

☉ ☉ *Sæcul. V. à 400. ad 500.* ☉ ☉

S. Zosimus Celestium benignitate ad officium revocare voluit, ejus autem hæresin nunquã probavit sed aliquando damnavit.

S. Cælestini permissu convocata est à Theodosio Juniore Synodus Ephesina, cui per legatos præfuit. *Baron: Bellarm: & alij.*

136 *Precipua in RR: Pontificum*

S. Leo I. Chalcedonensi Synodo præfuit
per legatos. *Bellarmin & alij*

Fabulosa sunt, quæ de Anastasij II. cum
Photino & Acacio communione scribit au-
tor libri Pontificalis. *Baron an 498.*

☉☉ *Sacul. VI à 500, ad 600.* ☉☉

Synodus Romana Palmaris iudicium in
Symmachi causa ferre nullo modo potuit-
set, nisi se illi sponte Symmachus subjecit-
set. *Baron.*

Vigilius malis artibus partum Pontifi-
catum optimè gessit, postquam legitimus
Pontifex à morte successoris effectus est.
Baron.

S. Gregorius Magnus rempublicam dif-
ficillimis temporibus gerendam suscepit,
idque alijs Episcopis etiam faciendum jure
præcepit. *Ejus Epistola.*

☉☉ *Saculum VII. à 600, ad 700.* ☉☉

Sabinianum ob duritiem in pauperes à
decessore Gregorio per Somnum increpi-
tum & percussum obiisse, tam temerè prius
narravit Sigebertus, quàm alii postea in-
consultò crediderunt: nullo enim teste an-
tiquitatis nititur. *Papenbroch in locis citatis.*

Honorius I. vel nunquam, vel injustè à
sexta Synode Oecumenica damnatus est.
Quare non minùs verè, quàm piè ab omni
hæresis labe purus asseritur.

Vide Marchesij & Tamangini opuscula

Sacul.

☉ *Seculum VIII. à 700. ad 800.* ☉

Gregorius II. non III. ut malè *Ron in tabulis Chronolog:* Leonem Isaurum anathemate percuit, popularibus ejus Sacramento solutis *Baronius ex aliis.*

Zacharias Rom: Pontifex proceribus potestatem fecit, damnatâ Chilperici ignaviâ, Pipinum Martelli filium regē appellandi *ita Galli scriptores veteres fere omnes.*

Fictum à Sigeberto jure suspicatur *Baronius* decretum, quo Hadrianus I. Rom: Pontificis electionem Carolo Magno, & futuris post eum Cæsaribus dicitur permisisse *Bollarminus & alij.*

☉ *Seculum IX. à 800. ad 900.* ☉

Ludovicus II. Imperator in Epist ad Basilium Orientis Imperatorem fatetur eos tantū n dicendos Imperatores, quos Romanus Pontifex oleo S. perfuderit.

Ineptissimam de Joanna Papissa fabellam obstetricante Mariano Scoto natam, studiosè foverunt Novatores, feliciter confutârunt Orthodoxi, quos inter videndi *Alatium & Labbeus.*

Formosi cadaver effossum, & Pontificalibus exutum insignibus, cum profano habitu in Tyberim projectum narrant scriptores, & plures & probatiores,

☉ *Saeculum X, à 900. ad 1000.* ☉ 500

Joannes XII. à Romana Synodo 962. Othone I. impellente illegitimè fuit exautoratus, ideoque illi subrogatus Leo VIII. PseudoPötifex habèdus est. *Angelus à nuce.*

Jus eligendi Rom. Pontificis & sacerdotij deferendi Othoni I. & successoribus datum Leonis VIII. decreto, falsò scripsit Sigebertus, à quo deceptus est Gratianus. *Baronius & alij.*

Septemviri, penes quos tantum esset imperatores eligendi potestas, post Gregorium V. videntur instituti, ab eo tamen suffragij jus in eligendo Cæsare datum omnibus Germaniæ Principibus cum Cardinale Baronio libenter agnoscimus.

☉ *Saeculum XI, à 1000. ad 1100.* ☉ 500

Palmare de horrendo Sylvestri II. obitu mendacium manifestè diiuit Epitaphium illi à successore Sergio paucos post annos in æde Lateranensi positum *Baronius.*

Gregorius VI. legitimus & optimus Pontifex iniquè jussus est ab Henrico II. Cæsare in synodo Sutrina 1064.

Nicolaus II. & Gregorius VII. non induxere primò, ut mentiuntur hæretici, sed prolapsam sacerdotum castitatem severis legibus adstrinxere,

Qui

Qui Henricum **NI** Cæsarem à Gregorio VII. exauctoratum docent refragantibus Patrum doctrinâ & Dei verbo, illi temeritatis notam non effugiunt.

☉ *Sæcul XII. à 1100. ad 1200.* ☉

Errare videntur, qui tradunt primum inter Romanos Pontifices Cælestinum sine populi suffragiis pontificem renunciatum: ea namque à Nicolao II. jam pridem abutenti populo ~~empta~~ fuerant.

Alexandri III. mansuetudo & æqualium scriptorum silentium tabulosa esse docent, quæ de proculcato Friderico ~~Æno~~barbo, ad eius pedes provoluto, sine certo teste jactantur.

☉ *Sæcul XIII à 1200 ad 1300.* ☉

Septemviros Imperatoris Electores ab Innocentio IV. in concilio Lugdunensi institutos censet *Cardin: Baronius.*

Vice-Dominum unius diei Pontificem inter Hadrianum V. & Joannem XXI. non agnoscimus; nullum enim hujus rei satis locupletem testem habemus. *Papenbrochius.*

Qui Siculis vesperis causam à Nicolao III. datam opinantur, egregij Pontificis nomini notam calumniosam inurunt.

Bonifacij VIII. Rom. Pontificis post annos 300. expers corruptionis cadaver inventum, calumnias illi ab adversarijs intentatas apertè redarguit *Raynalds*

Sæcul

140 *Præcipua in RR: Pontificum*

☉ *Sæcul XIV. à 1300. ad 1400.* ☉

Joannes XXII. quamvis ex veteri quorundam errore senserit beatorum animas usque ad extremum iudicij diem felici divinitatis aspectu carere, nunquam tamen id Ecclesiæ credendum proposuit *Raynald.*

Qui in ea quâ fruimur temporum luce, de legitimo Urbani VI. pontificatu dubitat, cæcutire videtur: *Papenbrochius*

Annatæ à Bonifacio IX impositæ, non tantum piè, sed jure solvuntur. Indictas priùs ab aliis Pontificibus *Genebrardus* docet ex *Ostiensis*.

☉ *Sæcul. XV. à 1400. ad 1500.* ☉

Decreta sessionis 4. & 5. in Constantiensi Concilio Gene: contra supremam Romæ Pontificis potestatem nec ab Ecclesia unquam recepta fuère, nec à sede Apostolica approbata: quare ab omnibus fere Orthodoxis nationibus rejiciuntur. *Videntur Mantissa Academica Lovaniensis edita anno 1683.*

Basileense concilium sui capitis depositione iniquè moliens *Eugenius IV.* jure dissolvere potuit & prudentissimè dissolvit. *Brovius. Raynald & alij*

Alexander VI non repentinâ morte per venenum extinctus, sed naturali morbo
Sacra-

Sacramentis ritè munitus diem extremum
obiit *Raynald: 1503.*

☉ XVI. *Sæc. à 1500. ad. 1600.* ☉

In cæde Hugonottorum Gallican: 1572
habuit, quòd jure lætaretur Gregorius XIII.
servatam scilicet Religionem Catholicam,
& Regiam familiam ab excidio, quod utri-
que moliebantur Deo regique perduelles.
*Ex manuscriptis, quæ servat Gregorium Pon-
compagnus Sora Dux V. tanti Pontificis eg-
regius abnepos.*

Emendatio Calendarij jussu Gregorij
XIII promulgata orbi Christiano non uti-
lis tantùm, sed omninò necessaria fuit.

☉ XVII. *Sæc. à 1600 ad 1698.* ☉

Cùm certissimis monumentis constet
Urbanum VIII. nunquam ad suæ familiæ
incrementum Urbinatem Principatum de-
stinâsse, quin imò Principum id suadentium
consilia rejecisse; veritati & egregio Pon-
tifici injuriæ censendi sunt, quicunq; alia
prodidere:

Jussu Alexandri VII. Sacro fonte lustra-
tum Marochi Regem confidentissimè scri-
bunt Hoffman in Lexico, Morerius in dictio-
nario, Joannes Rou in Tabulis Chronolo-
gicis: & tamen hoc ne per somnium quidem
unquam Romæ auditum est, ubi tamen pri-
mò innotescere debuisset.

SERI-